



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatus De Superstitionibus, Contra Maleficia Sev Sortilegia Qvae Hodie vigent in orbe terrarum

Arles y Andosilla, Martin de

Romæ, 1559

Quod omnes dies anni boni sunt: & omni anno: & omni die: & omni hora  
diei bonu[m] & laudabile est opera quelibet sancta licita & honesta  
inchoare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29941**

TRACTATUS

Quod omnes dies anni boni sunt: &  
omni anno: & omni die: & omni ho-  
ra diei bonū & laudabile est opera  
quelibet sancta licita &  
honestā inchoare.

**N**Vnc ergo theologice probemus  
obseruationem horum dierū esse  
vanam & superstitiosam. Et hoc  
ponendo aliquas conclusiones collectas  
ex doctoribus precipue ex magistro Io-  
hanne gerson: quarum prima talis est.  
Omnes dies anni sunt opera Dei altissi-  
mi: patet hoc ex textu sacre Scrip-  
turę, Gene. i. vbi per totum capitulum  
deducuntur opera sex dierum: & quali-  
ter primo opera Dei fuerūt dies & anni.  
Primum autem bonum a bono & opti-  
mo cepit operari Deus altissimus: & om-  
nium creator est summum & optimū:  
ergo omnia eius opera bona sunt. Gen.  
i. Vidit Deus cūcta que fecerat & erant  
valde bona: ergo dies & anni cum sunt



prima eius opera : hoc idem attestatur regius vates David in psalmo dicens. Tu us est dies & tua est nox tu fabricatus es auroram & solem. Quo circa canit Ecclesia . Aeternae rerum conditor noctem diemque qui regis & temporū das tempora vt alleues fastidium . Secūda conclusio, dies | anni boni sunt : & omni anno & omni die & hora diei bonū & laudabile est opera quaelibet sancta licita & honesta inchoare; facere operari & profiteri . Intellige nisi precepto dei vel Ecclesie inhibeatur sicut in diebus festiuis aliqua opera laboriosa prohibētur . Prima pars huius conclusionis patet ex dictis in precedenti cōclusionione quia dies & anni sunt opera summę & infinite bonitatis. Optimi autem est optima adducere : dicere ergo aliquem diem esse ex natura sua malum est iniuriari Deo : qui artifex est dierum & annorum : opus autē malum maliciā arguit artificis. Secūda pars patet quia sicut dies & āni &



## TRACTATUS

etiã horę diei a Deo creatore procedũt  
 sic & õne opus sãctũ licitũ & hõestũ quod  
 ab õni die & hora inchoatur & perficitur  
 a domino dirigitur inchoatur: & perfici-  
 tur dicente domino. Sine me nihil pote-  
 stis facere, & rursus. Oĩa per ipsum facta  
 sunt & sine ipso factũ est nihil. Ex quibus  
 sequitur quod superstitionosa & vana Reli-  
 gio ac merito redarguẽda est nõ inchoa-  
 re operari vel perficere certis annis die-  
 b' op' bonũ vel sãctũ ab Ecclesia nõ prohi-  
 bitũ & istud est expresse de mẽte Aposto-  
 li cõtra similes his quib' scribebat ad Ga-  
 la. iiii. & est textus Augustini. xxv. q. vii.  
 Quis, ubi arguit & reprehendit illos de  
 galatia ita dicens: obseruatís dies & mē-  
 ses & tēpora & annos: sequitur. Timeo  
 autem vos ne forte sine cãsa laboraue-  
 rim in vobis prædicando secũdum fidem  
 catholicam: quę omnia ista reiicit tan-  
 quam superstitionosa & vana: non si talis  
 obseruatio dierũ fiat propter reueren-  
 tiam & sanctitatem alicuius diei solen-



nis: vel propter deuotionem ad aliquem sanctorum. Sed si fiat talis obseruatio propter euentus pericula: que consueuerunt euenire his qui inchoant aliquod opus vel iter arripiunt hoc vanum & superstitiosum & sine aliqua ratione: quolibet enim die & hora diei & anno bona & mala contingunt, cui sententie potest adaptari. Quidam articulus Parisiensis quem ponit Gerson in lib. de erroribus circa artem magicam: & est. xx.

Quod imagines de ere plumbo vel cera alba vel rubea vel alia materia baptizate exorcizate immo potius execrate per artes magicas & quod sub diebus certis habeant virtutes mirabiles que in libris talium artium recitatur error est contra fide.

**Q**uod imagines de ere vel plumbo vel auro vel cera alba vel rubea vel alia materia baptizate vel exorcizate consecrate: